

Band IV., Nr. 1010, Seite 60-61

Graf Wilhelm von Tübingen überträgt das von ihm an den Bischof von Konstanz für zweihundert Mark Silber verpfändete Kloster Marchtal, nach dessen Auslösung durch das letztere und Besiegung seiner Feinde mit Hilfe des Bischofs, an die Kirche von Konstanz.

Böblingen, 1243. August 13.

Ego, Willehelmus comes de Tuwingen, notum facio tam presentibus quam populo qui nascetur, quod, cum ego cum consensu filiorum meorum Rūdolphi et Vlrici monasterium de Martello¹ loco pignoris pro ducentis marcis argenti ecclesie Constantiensi obligassem et eandem pecuniam monasterium Martellense pro ecclesia Constantiensi mihi integraliter persolvisset egoque, ab hostibus meis irritatus, auxilium domini H. episcopi Constantiensis invocassem et contra meos hostes accepissem, hostibus meis subactis tandem dominus H. episcopus Constantiensis predictus ex instantia Walteri prepositi monasterii prefati petivit, ut monasterium predictum, quod sibi et ecclesie Constantiensi fuerat obligatum pro pecunia antedicta, a me cum omni iure advocacionis seu quovis alio iure nuncupato transiret et transferretur in dominium Constantiensis ecclesie iam dicte. Ego itaque, adtendens obsequium mihi a domino episcopo prefato in milicia sua mihi transmissa exhibitum, recepto quoque a Wal(tero) preposito monasterii antedicti palefrido viginti marcarum, omnique dampno, quo ecclesiam suam multipliciter gravavi, ab eodem mihi remisso, cognito quoque privilegio tocus libertatis, quod avus meus Hugo quondam palatinus comes de Tuwingen, fundator memorati monasterii, ipsi contulit, omni iuri, quod mihi vel meis heredibus in dicto monasterio competiit, renunciavi et per presentes renuncio, ipsum ius et dominium universaliter in manus domini H. episcopi predicti et suorum successorum et in ecclesiam Constantiensem adhibita sollempnitate verborum et gestuum, sicut est moris, transferens et transfundens. Preterea litteras obligacionis seu impignoracionis dicti monasterii ubicumque repositas per presens scriptum decerno irritas et inanes. In huius rei testimonium presens scriptum sigillo meo roboro et confirmo.

 Actum et datum in Beblingen, anno domini M^o. CC^o. XL.^[o] III^o., idus Augusti, indictione II^a². Testes sunt: dominus Walterus abbas sancti Galli, . . abbas de Crucelino, E. prepositus sancti Stephani Constantiensis, F. comes de Zolr, Ottober.³ dapifer de Walpurch,

¹Obermarchtal.

²Die Indiktion zum Jahr 1243 ist 1, nicht 2.

³Ottobertoldus; vgl. WUB Bd. III, S. 441 (Nr. 937), 456 (Nr. 951) und 458 (Nr. 952) im Zeugenverzeichnis.

II

H. miles dictus Senphili, Wol. de Bernhusen⁴ miles, et universus comitatus domini episcopi sepedicti.

—

Der Textabdruck folgt dem in Stuttgart verwahrten Original.

 Das an weiß-brauner Schnur anhängende runde, sehr beschädigte Siegel aus bräunlichem Wachs, welchem insbesondere ein ziemlicher Teil der heraldisch linken Seite fehlt, zeigt einen dreieckigen Schild mit ausgeschweiften Seiten, auf dem die rückwärts flatternde Fahne mit drei Lappen, auf dem Schild ein Sturzhelm mit offenem Flug zu sehen ist. Von der Umschrift sind noch einige Bruchstücke der ersten Hälfte, darunter eines mit EHE und die zweite Hälfte mit . . . MI . COMITIS TVWINGEN (E gerundet) erhalten.

 Auf dem Rücken der Urkunde steht von späterer, aber dem gleichen Jahrhundert angehöriger Hand: *Istud instrumentum fuit cum aliis spoliis in nostro sacrario nobis ablatum et pervenit ad manus capellani comitis de Hirsperch. Comes etenim Hartmannus de Gru^oningen et sui fautores irruperunt nostrum monasterium et abstulerunt nobis res estimatas ad quingentas marcas, que nostre erant et aliorum, sed postmodum per longum tempus et multos annos predictus comes de Hirsperch in extremis suis transmisit nobis centum libras Hallensium pro satisfactione et in emendam; nam et ipse comes nostre lesioni interfuit, et sic istud privilegium dei nutu rehavimus, unde deo gratias referamus.*

⁴Über Wolfram von Bernhausen vgl. WUB Bd. III, S.425, Nr. 923.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

A: HStA Stuttgart, A': Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv

Signatur/Titel des Originals:

A: B 475 U 139, A': Klosterurkunden Marchtal Nr. 21

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift auf Papier, 18. Jahrhundert mit falschem Datum 1240, im
StA Sigmaringen: Dep. 30/12 T 1 Nr. 1245.

Regesten:

Urkunden Obermarchtal, S. 60, Nr. 33.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Böblingen

Aussteller:

Wilhelm; Graf von Tübingen

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)
 Burg Hohenzollern, Bis-
singen, BL
 Böblingen Wohnplatz (84)
 Böblingen, BB
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Hirschberg
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal, UL
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Tü-
bingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÜ
 Waldburg Wohn-
platz (20306)
 Waldburg, RV